

L. K. 471

Π i  
2690

R E C T O R  
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS  
GEORGIVS RVDOLPHVS  
BOEHMERVS

PHIL. ET MED. DOCTOR ANAT. ET BOTAN  
PROF. PVBL. ORDINARIVS PHYS. PROVINC

*CIVIBVS ACADEMICIS*

S. P. D

ET


AD SACRA S. DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI NATALITIA

I N V I T A T


---

IN EST DE VET. ECCL. DIEBVS FESTIS ANNIVERSARIIS LIBERATIONIS A PERICVLO

---



GEORGIUS WOLFFIUS  
INSTITUTIONES  
ARITHMETICAE  
LIBER PRIMUS  
DE NUMERIS  
IN QUIBUS  
SOLVITUR  
PROBLEMA  
DE PARTITIONE  
NUMERORUM  
IN QUORUNDAM  
ARITHMETICIS  
SERIIS  
SICUTI ET  
DE ALIIS  
ARITHMETICIS  
PROBLEMATIBUS  
SOLVITUR



D E

VETERIS ECCLESIAE DIEBUS FESTIS  
ANNIVERSARIIS LIBERATIONIS  
A PERICVLO.

---

**D**iem, qui est Prid. Kal. Nou. quem ante CCL. annos reformationis ecclesiasticae auspicia ad posteros memorabilem reddiderunt, quum CL. annis post iubilum esse iuberet Ioh. Georgius II. Saxoniae Dux Elector, instituit sacrum illud anniuersarium, quod per Saxoniam electoralem etiam nunc viger, precibus in cultu Dei publico eucharisticis solitum celebrari. 1)

Qua pietatis religione gloriosissimus Princeps et prouidit, ne beneficii, quo fruermur a Romani Pontificis tyrannide multiplicibusque foedae superstitionis uinculis in animorum libertatem

A 2

1) IOH. SEB. MÜLLERVS in *Anal. Saxon.* p. 473. semiseclitensis memoriae, an. 1667. iussu Principis Electoris tantum Vitebergae celebratae mentionem facit, et de IOH. MEISNERO aede OO. D. D. Praeposito refert, eum istam in sollemnitate *concionem sacram iubilicam* habuisse. Prostat quoque ea *Virebergae* 1668 in 4to edita multaque usus est ob *Appendicem latinam* satis spissam, quae exhibet *descriptionem illius ecclesiae collegiatae*, et de *fundatione, iuribus, ornatu aliisque eius memorabilibus* copiose agit. Sed

idem ex uoluntate Piiissimi Electoris factum quoque esse *Dresdae* et *Lipsiae* constat. De *Lipsiensi* sollemnitate eo tempore peracta, testatur *Progr. Acad.* quod habetur pag. 7. in *Boerperiana Pietate Lipsi. in Reform. Lub. h. e.* Collectione L. Progr. eo die ab Academia Lipsi. P. P. et 1717. edit. Seruat enim quotannis singularem eius diei sollemnitatem Lipsiensis Academia, oratione in aede *Paulina* anniuersaria, qualem bis me habuisse, annis nimirum 1737. et 1741. non sine uoluptate commemorari. *Dresdae* autem in aula Ducis Electoris

IV DE VET. ECCL. DIEBUS FESTIS

ratem uindicati, memoria unquam apud nos interiret, et ostendit, se, quod in sacris constituendis haberet ius, eo iure posse uti. 2) Nec desunt ex ipsa rerum Christianarum antiquitate huiusmodi festorum dierum, ob similem causam in ecclesia usitatorum, exempla, quae huic Electoris facta, hanc apud suos celebritatem instituentis, et gratiam, et auctoritatem concilient.

Nobis quidem, qui ueteris ecclesiae faciem diligenter et magna cum voluptate spectare, eamque cum rebus nostri coetus conferre solemus, obtulerunt se nonnulli Saeculo praecipue quarto in quibusdam prouinciis uel ciuitatibus peculiariter instituti et agitati *dies anniuersarii magnae alicuius liberationis, uel singularis beneficii diuinitus in ecclesiam collati.*

De quibus ueteris ecclesiae diebus festis, quorum imaginem in mente nostra illius per Saxoniam ante hos centum annos instituti repurgatorum sacrorum anniuersarii cogitatio excitauit, pauca iam, quae neminem poeniteat cognosse, ex prisca aui monumentis adferemus. Non enim putamus hanc commemorationem alienam uisum iri ab horum DIERV SOLLEMNITATE, quibus NATI SERVATORIS MEMORIAM celebramus; quum huius ipsius beneficii longe omnium maximi, et ad omnium salutem pertinentis festa religione apud uniuersum populum Christianum instituta, ecclesiae nonnullae monitae, alia diuina beneficia sibi praecipue data et concessa, etiam praecipuae pietatis cultu anniuersario prosequenda esse decreuerint.

Si

storis sesquifecularememoriam sacris eucharisticis celebratam fuisse MEISNERVS prodit in *Dedicatione* laudati libelli ad Electorem uerba eiusdem referens curam Iubilaei Vitebergensis Senatui sacro mandantis, addentisque idem se in aula sua facturum. Qua praecunte

ciuitatum triga, quum placuisset anniuersarium sacrum instituire, praescripta precam publicarum formula, eodie adhibenda, insequente anno inualuit illud per omnes Electoratus Saxonici ecclesias, quemadmodum id cognosces ex obseruationibus *Homiliae* illi

ANNIVERSARIIS LIBERATIONIS A PERICVLO. V

Si quis igitur Scriptores Ecclesiasticos, et quidem eos, qui de rebus Saeculi p. Chr. n. quarti et quinti exposuerunt, euoluat, deprehendet genus quoddam festae sollempnitatis, ad memoriam singularis alicuius beneficii diuini recolendam, in ecclesia eius tantum prouinciae uel ciuitatis, ad quam illud praeter caeteras pertineret, peculiariter institutum, et die anniuersario collati beneficii agitari solitum, quod supplicatione ad immortalem et immutabilem Deum, religiosaque gratiarum actione pro illo in ecclesiam collato beneficio conficiebatur.

Ita Orientis Christiani diem illum, quo uicto a Constantino M. Licinio, et ad priuatam conditionem ciuis Thessalonicensis redacto, eorum omnium malorum, quibus antea opprimebantur et calamitate et metu liberati sunt, precibus ad Deum eucharisticis, mutuis inter se congratulationibus, et omni laetitia publicae genere quotannis concelebrarunt. Licinius enim in imperii societatem a Constantino adscitus, homo sordidus et agrestis a sui dissimillimo, quamquam initio haud sane grauis esset Christianis, mox tamen occulte primum et dissimulanter, deinde apertius illos oppugnans, adeo saeuiebat, ut pristinas Christianorum uexationes plane uideretur uelle renouare. A quo consilio immanem tyrannum frustra conatus auertere Constantinus, eum tandem armis iterum ac tertio uictum compressit. 3)

Erecti hac uictoria Christiani maxime Orientis, animorum laetitia tum etiam precibus ad Deum eucharisticis, nec  
A 3 semel

li subiectis, quam nuper adeo in diei festi natali centesimo, Meisneri imitatus exemplum, habuit S. Venerab. Colleg. noster CAR. GOTTL. HOFMANNVS et his ipsis diebus typis exerceri curauit.

2) Lus instituendi eiusmodi festum

diem Duci Electori vindicat, et potestatem eidem concessam exemplis, et biblicis et aliis defendit b. G. E. LEHMANN in Progr. Lips. 1698. P. P. et inserto Pier. Lipp. Boern. p. 228.

3) Qui cum G. ARNOLD O, *Observationibus Halensibus*, STRYVIO aliisque Constantinum

semel tantum, sed quamdiu Constantinus superstes erat, quorannis publice declarabant. Rem restatur EUSEBIUS 4) non uno in loco narrans, homines, omni superiorum malorum tempestate depulsa, metu in posterum omni liberatos, maxima cum hilaritate, maximoque cum splendore dies festos egisse, utque pietati suae satisfacerent, primo Deum, regem omnium regum, deinde etiam imperatorem eiusque filios, et choris 5) et hymnis celebrasse.

Fugalia Romanorum, quae mense Februario propter memoriam recuperatae fufis regibus libertatis agebantur, mox ita degenerarunt, ut essent dies quibus inhoneste et libidinosè homines debaccharentur. 6) His contra Fugalibus, hoc est factis ob redditam

stantinum M. ex rationibus politicis Christianum voluit, uicia eius, quibus non caruit, diligenter enumerant et Eusebii imperatorem laudantis fidem incertam reddere student, illi causam belli contra Licinium offendunt in libidine regnandi, qua collegam imperii et socium ferre haud potuerit Constantinus. Sed ab his et aliis criminationibus, quum a me defensi fuerint Imperator pariter ac Eusebius in diss. de Constantini M. religione paschali an. 1758. P. P. pag. praecipue 6. et 7. offensumque, si quibusdam uitiis commaculatus fuerit Constantinus, non ideo omnia eius opera speciem et umbram uirtutis mentiri; iam addo, quod causa belli in Licinium unice quaerenda sit eius in uexatione Christianorum probe doctuisse BERNARDVM DE VARENNE (quo nomine later Chan de Moulins) Histoire de Constantin le Grand Paris 1728 in 4. p. 195. et in Praefatione pag. 20.

4) Hist. Ecclesiast. L. X. c. 9. ἠφ' ἑρτο γὰρ ἐξ ἀνδρακων πᾶν διὰς τῶν πρὶν αὐτοῦ πιζόντων λαμπρῶς ὁ ἑσπερὸν καὶ πανηγυρικῶς τερτῶν ἡμερῶν ἢ δι' ἑαυτοῦ ἐμπλεῖα πάντων καὶ μεδίωσι προσώποις, ἡμεροῖ τε Φαιδρῶν, δι' ἑκὼν κατὰ φῆς, ἀλλήλους ἔβλεπον. χοροῖσι δ' αὐτοῖς καὶ ὕμνοι κατὰ τὰ πόλεις ἐμοῦ καὶ ἀρχῆς, τὸν παμβασιλῆα Θεὸν πρῶτιστα πάντων, ὅτι δὴ τὸς ἐδιδάχθησαν καπιτα τὸν εἰσεβῆ βασιλεῖα παῖσιν ἕνα Θεοφιλοῦν ἐγίγαινον.

Libris de Vita Constant. eadem se. e. repetit L. II. c. 19. χοροὶ δ' αὐτοῖς καὶ ὕμνοι τὸν παμβασιλῆα Θεὸν πρῶτιστα πάντων ὄντα δὴ τούτων ἐδιδάσκον; καίπειτα τὸν καλλίμων, πᾶσι δὲ τ' αὐτῷ κοσμιωτάτους καὶ Θεοφιλοῖς Καίσαρας, Θεοῦ ἐξ ἑστῶτος ἐγίγαινον κανῶν παλαιῶν καὶ δυσσεβείας ἀπάσης λήθη παρόντων ὁ ἀγαθὸν ἀπόλαυσεν, καὶ προσέτι μελλόντων προσδοκῆν.

5) Legitur apud EUSEBIUM in primo loco χοροῖσι. Id conquirere non potuerunt, qui uiderunt, de Christianis

redditam ecclesiae libertatem celebratis, et plus laetitiae neque tale quidquam admixtum erat. Sed minime diuturna fuit illorum duratio. BINGHAMO 7) quidem uidentur simul cum vita Constantini, ut cuius honoris causa essent in ecclesia obseruata, desisse.

Quo feliciores nos sumus Saxones, quod sacrum emendatae religionis anniversarium a piissimo Principe Electore ad imitandam, ut uideatur, hanc Vererum Christianorum religionem sapienter institutum, non cum beata religiosissimi Principis morte cessauit, sed usque ad nostram aetatem perductum, in posterum etiam, uti speramus, debita pietate semper, rumpantur ut illa Codro Romano, celebrabitur. 8) Nos certe hunc diem, ab

nis Deum immortalem laudantibus, sermonem esse, eamque ob causam *trouées* substituerant. Neque enim ignorarunt, quam grauius per saepe antiqui ecclesiae Patres, Tertullianus, Basilius, alii contra eiusmodi choreas declamare soleant. Sed, ut taceam in altero EUSEBII loco a me adducto haberi *χοροι*, consueuerant Christiani choreas ducere in natalitiis Martyrum, quo illis honorem haberent eorumque certamina et uictorias hoc pacto celebrarent, ut obseruat H. VALESIVS in *Notis* p. 493. edit. Reading.

6) Acute igitur de iis, quae a CENSORINO. *Regifugium* adpellantur, AVGVSTINVS: *uero fugalia et pudoris et honestatis*. L. II. de Ciuit. Dei c. 6.

7) Orig. Eccles. I. XX. c. 9.

8) Eandem spem fouet, et gentilitii decoris in domo Saxonica, gratiae nimirum ac aequitatis conscientia nixus,

scribit sanctissimis meritis inclutus Dresdensis ecclesiae Praeful, AMEN-DIVS Homilia in centesimum *Festi Reformationis* natalem nuper habita, et typis exscripta pag. 6. et 7. *In obgedachter Jubelpredige* (CHRISTOPHORI BVLAEX Th. D. et sacrorum Dresdae antistitis, cuius exstat Oratio Sacra Iubila. ante hos C. an. in aede S. Crucis Dresdensi dicta.) *findet sich auch eine Anzeige wie der damalige feyerl. Gottesdienst gehalten und was besonders für Lieder gesungen worden: Die Lieder sind gewesen, vor der Predigt: Wo Gott der Herr nicht bey uns baelt. Eine feste Burg ist unser Gott, und: O! Herre Gott dein görtlich Wort. Unter der Predigt: Erhalt uns Herr bey deinem Wort, nach der Predigt: das Te Deum laudamus, und Gott sey uns gnädig und barmherzig. Eben diese Lieder sind auch von uns anheuertheils bereits gesungen worden, theils werden solche noch gesungen werden. Und dieses nicht nur darum, weil sie zur Sache*

ab augustae emendationis primordiis sanctum, nulli aetati, nulli saeculo reticendum putamus, et personantibus uocum ac modulorum concentu templis, congratulantibus inter se de recuperata sacrorum libertate suggestitis et pulpitis nostris, cum insigni sollemnium splendore quotannis lacti et grati agitur.

Nam uere, atque adeo plus quam dici potest, fortunati sumus, quod munere diuino e caligine in lucem producti, ei ecclesiae nos ereptos uidemus, quae a uetere atque apostolica doctrina disciplinaque longius abducta et plane degener, Pontificum

obe selbst recht eigentlich sich schicken, sondern auch zum Beweise und Zeugniß, daß, des während der Zeit zwischen Herrn und Land erfolgten Religions - Unterschiedes ungeachtet, wir dennoch uns in dem unge störten Besitz und Genuß der Evangelischen Religions - und Gewissens - Freyheit, wie solche vor 100 und 200 Jahren gewesen, anoch durch die Gnade Gottes befinden. Unerkennlich würden wir seyn, wenn wir nicht auch heute unserer gnädigsten Landes - Herrschaft Gerechtigkeit wiederfahren lassen, und öffentlich rühmen wollten, daß Selbige uns bey dieser wohlhergebrachten Kirchen - Freyheit ungekraenkt gelassen, können auch nicht anders, als des deuotesten zuuersichtlichen Vertrauens seyn, daß höchstgedachte unsere gnaedigste Herrschaft uns noch ferner dabey schützen, und die diesfalls ertheilte, und von Zeit zu Zeit wiederholte und erneuerte Religions - Versicherungen, nach Dero preiswürdigster Gerechtigkeit - Liebe, aufrecht, und bey allen ibren Kraefzten, erhalten werden.

Hunc in modum sperat Deo confisus Magnif. AMENDIVS et egregie consentit cum S. Vener. WEICKHMANNI placitis Mar-

chioni d' Argens oppositis in Praefatione, SCHOEFFERT libello nuper typis repetito, qui inscribitur: *Lutherus non combustus*, praemissa. Neque non potest placere cordatoribus ratio in iisdem decantandis Lutheri hymnis seruata, qui in fine ipsius orationis sacrae indicati ante L. annos simili pietati Dresdensium eucharisticae inferuerunt: Id enim habent haec cantica, ut publica imperii lege probata eadem immunitate gaudeant ac ritus, qui an. 1624. in ecclesiis Germanicis obtinuerunt.

Exhibet praeterea ista Concio sacra p. 4. ipsa litterarum publicarum uerba quibus Dux Elector sacrum anniuersarium praecipit: daß von der Zeit an der 31. October zu Ehren und zum Gedächtniß des grossen von Herrn D. Lubern seligen an selben Tage angefangnen Reformation - Werkes alljaehrlich Vormittags als ein halber Feiertag feyerlich begangen werden solle. Addit S. Venerab. Praesul: Welches dem auch diese hundert Jahre hindurch also gehalten worden und fernerweit, wie wir dessen zu der Gnade Gottes in guter Zuuersicht sind, gehalten werden wird.



tificum Romanorum libidini subiecta et parens, adeo monstruosam et portentosam formam induerat, ut pluribus in dies et foedioribus erroribus implicaretur. 9) Regnabant in cultu superstitiones, dominabantur in moribus corruptelae: profitebantur impune doctores ecclesiastici plurimorum et maxime absonorum errorum opiniones: ille denique nitor christianae doctrinae erat omni turpitudinis labe infectus, horrendis maculis inquinatus, inanibus fordibus conspurcatus. Has tantas igitur coetus christiani miseras quum Lutherus diuinitus excitatus animaduertisset, 10) homoque initio quam-

9) Specimina quaedam tenuis et corruptae rerum sacrarum cognitionis ante Lutherum in hac nostrate academia, quae recens condita efferre debuisset caput, enarrat *Programma Acad.* ante hos centum annos in semisaeclarem emendatae religionis memoriam P. P. et praefixum supra I. lib. *Meisvri*. De Romanae vero ecclesiae corruptissimo eo tempore statu testimonia habentur in duobus praecipue ERN. SAL. CYPRIANI libris, altero quidem *Historia Aug. Conf.* c. II. quod agit: *von den erbaerlichen Zustand der römischen Kirche zur Zeit der Reformation*, altero, qui inscribitur: *Belehrung vom Papstthum*, ubi in addita *Apologia pro Reformatione*, c. II. habet de corruptissimo ecclesiae eius temporis statu. Cuius generis momenta plura, quam capere posse putares Homilias, adcurate et adposite notis historicis adlata cernis a Pl. Reu. Prof. BYRSCHERO duabus in *Homiliis* reperiundis in *Collektione XX. Concion. Sacr.* in aede Paullina Lips. habitatum hoc ipso anno uulgata in 8. mai. Earum altera ostendit: *Dass die Reformation der Kirche in diesen*

*Abendlaendern nothwendig und der Zeit gemaes gewesen als Gott Werkzeuge zu einer Reformation erweckt*, altera uero monstrat *daß die evangelische Kirche sich der Gewalt des Pabsts und der Gemeinschaft der römischen Kirche mit Recht entzogen habe.*

10) In Luthero singularia prorsus et certa deprehendes prouidentiae documenta. Fuit ipsi initio haud animus ecclesiam inueteratis purgandi erroribus, qui ipse nihil fateretur tale *sonniani* quam inciperem docere, tamen, quando ad eam rem maxime omnium erat idoneus, ei rei a Deo adhibebatur. Erat in eo eruditio, morum probitas, animus fortissimus, quibus maxime opus erat ad religionem reformandam, ut multis testimoniis docuit C. A. HEVMANN. in *diff. de prouidentia reformatrice*, s. uis prouidentiae in relig. Luth. Eo magis dolemus in nouissima *Historia pragmar. Protestant. in Germ.* eius praecipue cap. 9. quod inscribitur, *Freye Gedanken vom Ursprung der Reformation*, ita dicendorum institui seriem, ut ubiuis fere gloriae Lutheri haud

B

parum

quamlibet uilis et abiectus uisus, oppugnatis ac proffigatis, quae ingenti numero ecclesiam paullatim inuaserant, monstris errorum atque prodigijs uitiorum, doctrinam et disciplinam omni ex parte feliciter emendaret, restituens antiquam dogmatum ueritatem, sanctiorumque morum dignitatem: editum est illustre illud et in omnia saecula iturum exemplum prouidentiae diuinae, quod ut nos et nostri maiores, ita etiam posterius nostri summa ueneratione semper admirabuntur. Nam etsi huius tanti beneficii, quod multo maius est, quam illa, deuicto Licinio, ecclesiae concessa et firmata pax, immo longe maximum omnium, quae inde a constituta re christiana homines perceperunt, etsi, inquam huius tanti beneficii dies anniuersarius in ecclesijs modo Saxonicarum terrarum ex 10. GEORGII II. Pr. Elect. uoluntate celebratur: nos tamen eadem illa prouidi Numinis cura freti, speramus, fore non modo, ut nullo unquam tempore huius desinat festae sollempnitatis consuetudo, uerum etiam ut nostrae istius religionis exemplum alias

parum detractum intelligatur, longe plus studijs Principum eius temporis et rerum conuersionibus, meritis denique eorum, qui paratii ad illud opus praecesserint, adtribuatur. *Obne andere große Begebenheiten würde man Luthern, wenn auch seine Verdienste eben so groß gewesen wären, als sie seine blinden Anbänger vorstellen, gewiß mit allen seinen Lehren und Verbesserungen auf einmal vertilget haben. — Sein System war völlig den Wünschen der Nation und den Neigungen der Fürsten angemessen. Quae si credis, Reformationem unice in fraudibus curiae Romanae retegendis poni debuisse, uitio caritura essent, sed plus requirebatur, ad quod perficiendum tres illae uirtutes Reformatoris necessariae erant, modo a me memoratae, et quae maxime Luthero*

inerant. Nec est, quod Wiclesum aut Hussum eadem uirtute praeditos dicas. Fuerunt illi in doctrina Luthero longe inferiores, et de Hussio quidem ostendit LENFANT. *Hist. Conc. Const.* eum transubstantiationem, purgatorium, cultum imaginum, et id genus falsissima plura docuisse. Non nego, sapientissime omnia Reformationi praeparasse Deum excitando linguarum studia, producendo passim ueritatis cognitores defensoresque, condendo academias, typographica arte nos beando, denique ipso uelut prodromum mittendo Erasmo, qui Satyras in clericos scriberet, sed, si eadem prouidentia diuina non iis uirtutibus instruxisset Lutherum, quibus tum opus erat, uana futura fuissent et illa Principum studia, quae nostra aetas tantopere extol.

alias ecclesias ad eandem pietatem significandam inuiter. Sane Hamburgenses ecclesias diem ob auspicia emendatae religionis sanctum, et gloriae diuinæ dedicatum, sacris publicis eucharisticis nuper insignem reddidisse Nouellae publicae retulerunt.

Sed ut eo unde oratio abiit, reuertamur, aliasque nonnullas dierum festorum celebritates, a singularibus ecclesiis Deo pro singulari aliquo eius in se beneficio decretas et agitas, commemoremus: Christiani Alexandrinae ciuitatis in Aegypto diem XXII. Kalendas Augusti, quo die Saeculo p. C. n. IV. liberati sunt a miserissimo interitu, quem iis maximus terrae motus et inuisitata inundatio maris intentabat, (recessu aquae factio super domorum tectis nauigia reperta esse aiunt) gratiarum agendarum causa precibus et supplicationibus ad bonitatem diuinam, quotannis festum egerunt. Calamitatem hanc Iuliano Imp. mortuo accidisse, Valente et Valentiniano Consulibus memoriae prodiderunt et HIERONYMVS 11) et AMIANVS MARCELLINVS 12) et CHRONICON PAB 2 SCHA-

extollit, et alia Nationis Germ. graamina. Nec est, quod mores Lutheri reprehendas, sufficit fuisse tales, quales temporum ratio ad id negotium requirebat. Quas denique dicis eum non omnes de religione fabulas sustulisse, eae mihi tales non uidentur esse, nisi cupis Naturalissimum docere debuisse Lutherum aut efficaciae precum christianarum non adscribere quod iisdem sacri libri adtribuunt, pag. 128, 29. De uirtute precum Lutheri aliisque eius donis gratiae multo rectius iudicium habes in luculenta de b. Luthero narratione, praemissa Tom. ult. *Opp. Luth. Halens.* edit. a WALCHIO adornatae, ubi S. Venerab. *Vv* pag. praecipue 357. copiose hac de re agit.

11) in Chron. it. Vit. Hilar.

scribit: „Ea tempestate terrae motu totius orbis, qui post Iuliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos, et quasi rursus Diluuium Deus minaretur, uel in antiquum chaos redirent omnia, naues ad praerupta montium penderunt.“

12) L. XXVI. p. 516. edit. Gronou. in 4. *Hoc nouatore adhuc superstite, cuius aëtus multiplices docimus et interitum, diem duodecimum Kal. Augustus, Consule Valentiniano primum cum fratre horrendi terrores per omnem orbis ambitum grassati sunt subito, quales nec fabulae nec ueridicae nobis antiquitates exponunt. Paulo enim post lucis exortum, densitate praecia fulgurum acrius uibratorum tremefacta concutitur omnis terreni stabilitas ponderis, mareque dispulsum re-*  
110

SCHALE. 13) Ipsum diem, quo liberati fuerunt a tanto et tam terribili periculo, γενέσια τοῦ σεισμοῦ adpellarunt. SOZOMENVS 14) auctor est, suo tempore Alexandrinus hunc diem et publica gratiarum actione ad Deum religiosissime, et accensis plurimis per uniuersam urbem lucernis, 15) splendidissime festum agitasse.

Alia est sollempnitas huius generis, itidem propter liberationem a terrae motu instituta, quam die VIII. Kalendas Octobres obseruarunt Constantinopolitani. Eum terrae motum, scribit MARCELLINVS COMES, 16) per dies XI. continuos durauisse.

Possẽm etiam aliud eiusmodi sacrum eucharisticum, quod Antiochiaë celebratum est, atque alia plura quae alibi obtinuerunt, commemorare, si uellem aut fines Saec. IV. et V. excedere, aut in hunc censum referre *Natalitia Episcoporum*, h. e. eorum

ero fluctibus euoluis abscessit, ut reuicta moragine profundorum, species natantium multiformes limo cernerentur haerentes: ualliumque nassitates et montium tunc, ut opinari dabatur, suspicerent radios solis, quos primigenia rerum sub immensis gurgitibus amandauit. Multis igitur nauibus uelut arida humo connexis, et licenter per exiguas undarum reliquias palantibus plurimis, ut pisces manibus colligerent et similia: marini fremitus uelut grauati repulsam, uersa uice consurgunt, perque uada feruentia insulis et continenti terrae porrectis spatii uolenter illisi, innumera quadam in ciuitatibus, et ubi repera sunt aedificia complanarunt: proinde ut elementorum furente discordia, inuoluta facies mundi miraculorum species ostendebat. Relapsa enim aequorum ma-

gnitudo cum minime speraretur, millia multa necauit hominum et submersit: reuicentiumque aestuum incitata uerrigine, quaedam naues, postquam humentis substantiae conferunt tumor, pessumdatae uisae sunt: examinataque naufragiis corpora supina iacebant aut prona. Ingentes aliae naues extrusae rabidis flatibus, culminibus insedere tectorum, ut Alexandriae contigit: et ad secundum lapidem fere procul a litore contortae sunt aliquae, ut Laconiam prope Morbonem oppidum nos transendo conspeximus diuturna carie fatiscentem.

13) Edit. Paris a Car. du Fresne p. 301.

14) H. E. L. VI. C. II. ἐπέλειται: τῆς

## ANNIVERSARIIS LIBERATIONIS A PERICVLO. XIII

eorum ordinationis dies, quibus cathedram acceperunt, quos dies ecclesia quaeque anniuersarios agere solita erat. Quo longior enim aetas progressa est, eo magis dierum in ecclesia festorum numerus creuit, adeo, ut uix ulla inueniatur singularis ecclesia, quae non alicuius proprii beneficii memoriam, instituto singulari et praecipuo sacro anniuersario, festam et sollemnem celebrandam putarit. Illud satis est, nos hic admonere, ritus, quibus pleraeque illarum sint usae, fere conuenire cum iis, qui a nobis in sacro emendatae religionis anniuersario adhibentur, in quo animis laetitiae sensu erectis, quantas maximas possumus immortalis ac praepotenti Deo laudes canimus, quod nos ex pontificiarum tenebrarum caligine productos, clara et larga uerbi sui luce circumfudit.

Nihil igitur, quod a ueteris ecclesiae usu alienum esset, optimus piissimusque Princeps Elector egit, quum instituit, ut in

B 3

terra-

τὴν κρείσσαν καθ' ἣν τὰδε συνέβη, ἢ γενέσθαι τοῦ σεσημοῦ προσωγορευθῆσαι, εἰσὶν καὶ τῶν Ἀλεξανδρείης ἐκκλησιῶν ἑορτὴν ἀγορεύει. λόγιον τοῦ πλεσιούτος ἀπὸ πάντων τῆς πόλεως καίοντες, καὶ χειροκροτοῦντες τῶν θεῶν προσφίροντες, λαμπρῶς μάλᾳ καὶ εὐλαβῶς ταύτην ἐπιτελεῖσιν.

15) Quemadmodum hodie, si quem prae caeteris festum celebramus diem illuminationis, quas dicunt et iactis arte ignibus laetitiae pietatisque signa edere et lumina ac cereos maximi minimi accendere solent, ita idem fecisse Veteres H. VALESIVS ad *Amnian. Marcell.* I. 12. obseruauit. Qui mos satis mature in ecclesias magnarum praecipue ciuitatum transit ad *Vigiliam Paschalem* adhibitus. GREG. NAZ.

*Orat. II. de Pasch.* p. 667. De eiusmodi Vigilia est apud GREG. NYSSENVN *Orat. 4. in Pasch.* p. 436. lucidam noctem commixtis lampadum luminibus cum matutinis radiis solis unum continuum nullarum interpositione tenebrarum directum diem effecisse. EVSEBIVS uero Pascha describens a Constantino M. celebratum L. 4. de *Vita Constant.* c. 22. refert, Imperatorem per totam urbem λαμπάδας πυρὸς πάντα φωτίζοντας τόπων accendi iussisse, ut ne splendidissimus quidem dies cum ea nocte ullo modo comparari potuerit. uide *Progr.* nostrum ad hunc *Eusebii locum* 1758. P. P. p. 19.

16) Chron. apud Eusebium ex ed. Scalig. p. 41. „Vrbs regia per XXXX. dies

terrarum suarum ecclesiis *dies festus Reformationis* annua celebritate ageretur. Qui uel superiore uel nostro tempore Principem fugillarunt, ut quem alii negarent habere ius nouae celebritatis ecclesiasticae instituendae, alii contenderent superstitione ductum D. Lutheri honori nimium tribuisse, ii uel inficitia praepediti, uel maleuolentia impulsus, minime apti et idonei ad iudicandum fuerunt. 17) Constat, eos, qui quum alterum sacrum Reformationis saeculare celebraretur, scriptis uirulentis editis multa cum in Luthero ipso, tam in reformatione ab eo suscepta

„dies continuos assiduo terrae motu  
 „quassata magnopere sese adflicta de-  
 „planxit. Ambae Troadenfes porticus  
 „corruerunt, aliquantae ecclesiae uel  
 „scissae sunt uel collapsae. Statua  
 „Theodosii M. in solo Tauri super  
 „cochlidem columnam posita corruit,  
 „duobus fornicibus eiusdem collapsis.  
 „Hunc formidolosum diem Byzantii  
 „celebrant VIII. Kal. Octobris.

17) uide, quae eam in rem habet  
 TRID. RAPPOLTVS defendens opt.  
 Principem pariter ac eius Patrem IOH.  
 GEORGIVM I. Iubilaeum an. 1617. cele-  
 brantem, contra non incelebrem Hi-  
 storiae Galliae conditorem Grammondum,  
 qui Iubilaei celebrationem tan-  
 quam ridiculam et ludicram rem exa-  
 gitare uoluit principisque potestati  
 multum derogare p. 70. in Pietate  
 Lips. Boern.

18) Krausii Iesuitalae Pragensis mu-  
 nusculum, quo is et alii eius ex sonda-  
 litio laetiam Iubilaei euang. a. 1717.  
 turbare uoluerunt, recitat b. NEVMEI-

STERVS Praefat. HANII Commenta-  
 rio de *Vita Ignatii Lojola* praemissa.

19) Puto recentissimam *Celeb.*  
 HAVSENI *Historiam Pragm. Protest.*  
*in Germ.* ubi permulta in Lutheri et  
 Reformationis amicorum ignominiam  
 cumulata habentur. Ut praeteream,  
 quae uetus criminatio est, Lutherum  
 gloriae cupiditate stimulatam se ad-  
 cinxisse operi, p. 126. laudem noui  
 uatis quaesuisse stulta opera p. 129.  
 hac occasione tantum pauca in librum  
 tabularum documentorumque Opusculo  
 adiectum, quo in narratione ipsa niti-  
 tur, ideo adnotabo, ne quis forte er-  
 ror incautioribus offundatur. Ac pri-  
 mum *Apologia* SIM. LEMNII aucto-  
 ritate Lutheri ex hac academia extur-  
 bati Poetae, in qua is omne maledi-  
 centiae uirus in Lutherum euomuit,  
 ob fallacis testimonii rationes recte a  
 prudentioribus neglecta iacuit, nec  
 bonae Vitebergensium causae Theolo-  
 gorum fraudi futurum fuisset hoc, si  
 in iterata hac Haufsenii editione omis-  
 sis omnibus lineolis copiose adpictis,  
 non

septa, grauitur et acerbè reprehendebant, scripsisse, se ad laetitiam saecularem adferre munusculum. 18) Tale urinam abesse a saeculari nostra memoria instituti per Saxoniam diei, non habituri essent homines intelligentes et cordati quod possent uehementer improbare. 19) Sed nihil proficiunt pungendo lancinandoque Lutherum et alios quorum magnum et celebre in reformationis negotio nomen est, propter ea, quod res nostra non stat uel Principum uel Lutheri aut Theologorum eius aetatis moribus, sed uera uerbi Dei intelligentia et obsequio.

Si

non suppressa essent, quae paulo acerbius dicta contra Lutherum fuerant. Exiguum sane est, quod confert ad characterem animi Lutheri cognoscendum haec *Apologia* cum carminibus Poetae edita, et pluribus in bibliothecis obuia, adeo ut uix necesse fuisset repetere eandem ex academica nostra. Ceterum defensio est Lutherus a Simonis criminationibus ab Anonymo T. 4. *der uuen Erweiterung der Erkenntnis und Vergnügen* Partic. 19. p. 64. Sequitur ERASMI *Epistola ad Georgium Duc. Sax.* satis nota, nec itidem rara, cui, si mens a laude Lutheri non aliena fuisset, eisdem aliam dare potuisset comitem, eam nimirum ad *Fridericum Electorem*, in qua is praeclearum de Luthero testimonium perhibet eundemque ab omni ambitionis suspitione abuisse fatetur. apud *Sleidanum* l. I. p. 25. Sed illa tantum ex MSpto repetenda erat, quia causae Lutheri minus exhibebat patrocinium. Nec sufficit ad denno edendum lectionis aliqua uarietas, quae satis magna adparet in illa Lutheri ad Ioh. Frid. Elect. epi-

stola 6. [Mart. 1530. data von der *Notwehr* et quae cum aliis *Hist. Reform.* documentis, ipsius Lutheri manu scripta apud me est.

Praecipue nititur codice manuscripto, qui *Marib. Ratzenbergero* tribuitur, ex cuius *historia arcana* sua maxime efformat, ut ante eum iam fecerant c. THOMASIVS in *Not. ad Melch. ab Osse Teßam.* et G. ARNOLD in H. E. historiis inde acceptis, Melancthonem et Bugenhagium perfidiae insimulantes. Sed Ratzenbergeri non esse, docuit I. F. GAVHIUS in *Defens. famae Theolog. Vir. Nou. Antiq. theol.* an. 1729. p. 293. *Ratzenbergianae* Historiae quidem de Luthero per saepe mentionem facit *Seckendorffus*, nunquam uero *Hist. Io. Frid. El.* ab illo scriptae. In MSS reperitur, ipso forte a compilatore haud raro additum: *id quod tamen aliter iam scriptum habemus.* Denique est utilitatem insignem habet illa descriptio Codd. MSS. ex bibliotheca Gothana concessorum, iis tamen non abusi, sed dudum perperere usi sunt *Tenzelius, Cyprianus, Grofchius.*

QK II 2090 X 329 3561

XVI DE VET. ECCL. DIEBUS FESTIS ETC.

Si ergo cuius quisque beneficii diuini fructum percipit pro eo gratias agere debet: annon consentaneum est, si quod beneficium ad omnium utilitatem diffunditur, pro eius concessu ac munere, conspirantibus quasi omnium et animis et uocibus, Deo publice gratias agi? Nos pietatem colamus, in eaque colenda non opinionem cuiusquam, sed sensus nostri iudicium sequamur, et ubi auctoritate standum est, ueterem ecclesiae antiquae auctoritatem recenti nouitiorum anteponomus.

Sed quos nunc celebramus dies festos Sospitatoris nostri IESV CHRISTI, eos imprimis, OPTIMI CIVES quanta maxima potestis animorum pietate nobiscum facite celebretis, memores, quantaque immensae hoc sit magnitudinis beneficium, quo Deus, unigeno filio e sinu suo in terram ad homines liberandos misso nos omnes tale nihil meritos adfecit.

Religiosis mentibus interesse cultui diuino, et Euangelii ministris, qui diligenter et pure illud nobis proponunt, liberali manu strenas natalitias ad aram offerte, auctorem statoremque Lutherani nominis supplicibus rogantes precibus, ipse a periculis protegat coetum suum ac tueatur, quo uerbi diuini lux per D. Lutherum accensa proprius nobis ac perpetuus maneat thesaurus.

P. P. in Vigiliis Natiuitatis Dominicae An. Dionys.  
MDCCLXVII.


---

VITEBERGAE  
LITTERIS CAROLI CHRIST. DÜRRII ACAD. A TYPIS

VD 18

m. 1





B.I.G.

Farbkarte #13

Π i  
2690

RECTOR  
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS  
GEORGIVS RVDOLPHVS  
BOEHMERVS

PHIL. ET MED. DOCTOR ANAT. ET BOTAN  
PROF. PVBL. ORDINARIVS PHYS. PROVINC

*CIVIBVS ACADEMICIS*

S. P. D

ET

AD SACRA S. DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI NATALITIA

I N V I T A T

IN EST DE VET. ECCL. DIEBVS FESTIS ANNIVERSARIIS LIBERATIONIS A PERICVLO

